



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Angela De Fulginio, In Qvo Ostenditur Nobis vera via qua  
possumus sequi vestigia nostri Redemptoris**

**Angela <de Fulginio>**

**Parisiis, 1598**

c. xi. Qualiter propter cognitionem quæ ei data fuit suorum peccatorum,  
incœpit facere nimis asperam pœnitentiam, & quid circa eam ei accidit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43716**

stendens passionem, dicebat.

*Quid potes facere pro me, quod sufficiat? Et tunc plorabam multum, & lacrymabar ita ardenter, quod lacrymæ adurebant carnem meam: unde oportebat me pone re aquam frigidam ad refrigerandum.*

*Vndecimum capitulum vndecimi pas-  
sus. Qualiter propter cognitionem  
quaæ ei data fuit suorum peccatorum  
incepit facere nimis asperam pœni-  
tentiam: & quid circa eam ei  
accidit.*

**V**NDECIMO. propter pec-  
cata moui me ad faciendum  
pœnitentiam magis asperā, quam  
non oportet h̄ic dicere: & ima-  
ginabar, & conabar ipsam facere:  
*Non insu-* & cum non videretur mihi, quod  
*ma pau-* possem cū rebus seculi facere  
*per iate,* sufficienter pœnitentiam, deli-  
*pot. per-* beraui omnino omnia relinque-  
*fectas fieri* re, ut possem facere pœnitētiam,  
*pœniten-* & venire ad crucem, sicut mihi  
*tia.* à Deo fuerat inspiratum: prædi-  
cta verò deliberatio fuit mihi à

*Vndecimum ca. xj. passus.* 31

Deo donata per gratiam mirabiliter isto modo. Cum enim ego desiderarem vehementer fieri pauper: & cogitarem frequenter cum multo zelo ne forte morerer, prius quam pauper fierem: & econtrario impugnarer multis temptationibus, scilicet quia eram iuuenis, vnde mendicare mihi poterat esse periculum, & verecundia. Iterum suggerebat mihi cogitatio: quod si hoc facerem: oportebat me mori fame, & frigore, & nuditate: & hoc etiam cum ab omnibus mihi dissuaderetur.

Tandem miserante Deo venit mihi quedam magna illuminatio in corde meo cum qua illuminatione venit mihi quedam firmitas quam tunc non credidi, nec credo perdere in aeternum: & disposui: & deliberaui, quod si oporteret me mori fame, & nuditate, vel verecundia, ex quo Deo placet, vel placere Deo poterat: nullo modo propter predicta ista

B iiiij

32 Duodecimum cap. xii. & xiii. pass.  
dimitterem: etiam si certa essent,  
quod omnia ista praedicta mala  
mihi acciderent. Quia etiam si om-  
nia praedicta mala mihi acciderent  
libenter moriebar pro Deo: & tunc  
verè deliberaui, quod dictum est.  
*Duodecimum capitulum xij. passus.*

*Qualiter depræcata fuit dominam  
nostrā virginem Mariam & sanctū  
Ioannem Euangelistam: ut ei impe-  
trarent gratiam quomodo semper  
haberet in memoria passionē Christi.*

**D**UODECIMO consequen-  
ter rogaui beatam matrem  
Christi: & sanctum Ioannem E-  
uangelistam: per dolorem quem  
ipsi sustinuerunt: quod ipsi ac-  
quirerent mihi certum signum:  
quo possem semper haberet in me-  
moria passionem Christi.

*Tredecimum capitulum xij. passus.*

*De eo quod ipsa in oratione & pre-  
ce praedicta perseverante accidit ei:  
propterea quod murmurauerat &  
irriserat quendam hominem.*

**T**ERTIODECIMO. mihi  
perseueranti in ista praedicta